

ostendit paupes dicens. Non sunt thesauri ecclesie.  
 Et veri thesauri in quibus Christus est. in quibus fides  
 est. Denique apostolus ait. Habentes thesaurum in vas  
 fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus quam  
 eos in quibus se esse dixit. Sic enim scriptum est.  
 Esuriui et dedistis michi manducare. sitiui et de-  
 distis michi bibere. hospes eram et collegistis me.  
 Quod ei vni horum fecistis michi fecistis. Quos  
 meliores Iesus habet thesauros. quam eos in qui-  
 bus amat videri. Nos thesauros demonstret  
 laurentius et videt quod eos nec persecutor potuit au-  
 ferre. Itaque Joachim qui auro in obsidione ser-  
 uabat nec dispensabat alimoniae operande. et au-  
 rum vidit eripi et in captiuitatem deduci. Lau-  
 rentius qui auro ecclesie maluit erogare pauperi-  
 bus. quam persecutori reseruare. per singularem sue inter-  
 pretationis viuacitate. sacram martirij accepit  
 coronam. Numquid dictum est sancto laurentio. Non  
 debuisti erogare thesauros ecclesie. **Ca. 18.**

**U**tilitas sacramentorum vendere opus est  
 ut quis fide sincera et perspicaci prouidentia  
 munus hoc impleat. Sane si in sua  
 aliquis deriuat emolumenta criminosa est. Similiter  
 pauperibus erogat. captiuum redimit miserico-  
 dia est. Nemo ei potest dicere. Cur pauper uiuit. Ne-  
 mo potest queri. quod captiuum redempti sunt. Nemo  
 potest accusare. quia dei templum est edificatum.